



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 22. Cessio Comitatum suasu duorum Franciscanorum a Rege facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A. C. 1492,

§. XXII.

*Cessio Comitatuum suorum
Franciscanorum a Rege
facta.*

Belcar. l. 4. *Hunc in finem Ferdinandus in Fran-*
versus finem. *ciam alios allegavit Oratores, qui*
Bellefor. l. 5. *postulata urgerent.* *Hi ergo sua dexte-*
ritate sibi conciliabant duorum Franci-
scanorum amicitiam, qui in Aula pluri-
mum auctoritate valebant, quorum unus
erat Olivarius Maillardus, qui Carolo Regi
a confessionibus erat, & suo ævo verbi
divini Præco longe celeberrimus, quam-
vis ceteroquin in dicendo elimate elo-
quentiae ornatu non adeo emineret. Alter
vero erat Joannes Mansiernæ, (°)
qui itidem Borbonii Ducissæ conscienc-
iam moderabatur. His Ferdinandus do-
liola, perinde ac si hæc vino Hispanico
repleta forent, pecuniis plena submisæ a
quibusdam refertur, alii vero testantur,
quod ampullas auro refertas eis transmis-
erit, ceterum quidquid de hac re sit, id sal-
tem exploratum habetur, quod hi duo
Franciscani rem suam optime gesserint,
atque primum acquisita Optimatum gra-
tia, demum Regi exposuerint, fidei dog-
mate nos edoceri, quod animæ corpore
solutæ

(°) Alii Mauleonem vocant.

solutæ a perfecta beatitudine, ac visione Sæcul. XV.
Dei arceantur, donec divinæ justitiæ A.C. 1492,
satisfecissent, hinc alieni boni detento-
res tamdiu purgantibus flammis cruciari,
usque dum illata damna ab hæredibus
resarcirentur; his addebant, Ludovicum
XI., etiamsi Ruscinonis & Ceretaniæ di-
tionibus juste potitus diceretur, necdum
tamen coram divino judice a culpa libe-
ratum esse, cum non Ferdinando, quo-
minus constituto tempore hi Comitatus
redempti fuissent, sed Maurorum vitio
imputandum foret, ad quos supprimen-
dos trecenta illa aureorum millia, quæ
ad solutionem destinarentur, pro condu-
cendis copiis impendere compelleretur.
Quapropter Ludovici animam toto, quo
utriusque Comitatus restitutio differretur,
tempore piaculari carcere detentum iri,
Carolum vero, cum potissimum huic re-
stitutioni obnoxius esset, eandem poenam
subiturum, donec ejus Successores debi-
to satisfacerent. Denique suggerebant,
Franciam hucusque tantos ex utroque
Comitatu hausisse proventus, ut eorum
ubertas pecunias mutuo datas longe ex-
cederet.

Displicuere cuncta hæc rationum momenta ab utroque Franciscano allata re-giis Senatoribus, qui minus Rege anxii magis solutum religione animum præse-ferebant. Verum Ludovicus de Amba-

G g 5 fia,

Sæcul. XV. sia, qui olim Regis Moderator, vir pro
A.C. 1492. more suo valde religiosus erat, tam gra-
vi sermone rem Carolo proposuit, ut ip-
se restitutionem fieri consentiret, eo po-
tissimum nomine, quod a quibusdam sub-
ornatis diceretur, jam ipsum Ludovicum
XI. pene moriturum hac de re monitum
præcepisse, ut ad exonerandam ejus con-
scientiam Ruscinonensis & Ceretanus co-
mitatus redderentur Idem etiam Regis su-
ferat Borbonii Ducissa, de qua incertum ex-
tat, quanam in patrem suum pietate indu-
cta fuerit; cum enim de integra fide viro-
rum, qui talia narrabant, nihil dubita-
ret, atque ad ultimam Patris sui volun-
tatem accurate adimplendam, sub poe-
næ æternæ metu sese obstringi existima-
ret, tanta sermonis vi Carolum fratrem
suum expugnabat, ut quantocius resti-
tutio fieri juberetur, dissidentibus nec-
quidquam Senatoribus, proin Rex pro
summo imperio rem decidisse merito dici
potest. Ergo Ludovici de Ambasia Epi-
scopi Albienensis opera Mensa Januario su-
ni sequentis instrumentum cessionis ere-
ctum, firmatumque fuit.

§. XXIII.

¶ Pacis consilia Angli cum Gallo.

Bicon. hist. *Hujus cessionis articulos non modo con-*
Henric. VII. *ceptos, sed pene jam utrinque fit-*
matos